

cium; quia impietas morte castigabant. Cognatum imò
 innatum omni sceleri sceleris supplicium, & nihil in-
 vitâ securum solutumq; , præter innocentiam. Iam non
 modò occulta scelera non vident sub tunica (quod a-
 junt) & sinu admiffa, sed vix aperta & protracta in lu-
 cem: sæpè absq; omni discrimine crimina genere distin-
 cta, nūquam tamen punita. Furta in bellis quis hodiè
 punit? imò quis raptus? imò quis cædes? Hodiè enim stu-
 pra, & adulteria inter facinora militaria censentur, quæ
 nunc apud omnes ferè sunt; quæ, addam, propria mili-
 tiæ & illi adhærent. Ferè enim fit, ut ubi vitia certa in-
 crebuère, mores jam vocentur, nec in veniam modò
 veniant, sed & in laudem. Iam in agmine plus calorum,
 imò & scortorum est, quàm milicium. Unde jam le-
 nonum & lenociniorum satis, hinc scortorum plus est
 ferè, quàm olim muscarum in medio æstù. Non ætas,
 non dignitas quenquam protegit, quò minùs supra cæ-
 dibus, & cædes stupris misceantur. Quoniam orbem ter-
 ræ inundarunt; hærent, & habitant in pessimæ hujus na-
 turæ medullis. Cernimus milites in omne fas nefasq; a-
 vidos, aut venales, non sacro non profano abstinentes;
 etsi natura non ferociores, necessitate esse coguntur.
 Quemadmodum sol interdum per nubes medias se exse-
 rit; & in nonnullis interlucet scintilla melioris ignis.
 Subitò alii; & in te nunc nova religio incessit, & pietas
 in arctiorem obedientiæ gyrum compegit. Certè fama
 meliortibi, & fortè major. Nulla unquam flamma fir-
 mior sine fumo; nec fama melior sine nube livoris. et hi-
 sce monitis, semper sic humor melioris mentis abit. In-
 fausta hæc civilia bella inter alia mala, hanc quoque la-
 bem morum induxerunt; & homines nescio quomodo
 fero-